

1) collaudates
2) perirent
of Un
namur
d) eorum caput et c. n. n. n.
superior. esse
ej tratab. Luy. Ouit. P.
f) iniustiam alic^o Luy. Ouit. P. & S.
g) subiace
h) Regn. Ouit. A.
ij in mag. ed. m. suppl.
k) occasio
l) ip. add. ad. del.

Reversis autem florentinis ad castra, super gestis conferebant de victoria, se ipsos non commendantes. Et cum in nocte quiescerent fatigati Dominum collaudantes, permissione Dei, dormientibus ipsis, ex captis fugere quingenti. Non enim hoc Deus permisso dicitur, florentinis resistendo, sed quia forte ipsi capti peccaverant, quod facerent ignorando. In mane vero, dum sapientes dominans congregaret, petiturus de processu consilium; senensis venit antystes (1) omni auctoritate munitus: et kyrieleyson humiliter dicens, eundem per omnia litis dominum faciebat, timens obsidione pugnabili succumbere civitatem. Dominans autem ire longius pro predictis senenses asseruit, credens forsan altiora proponere et declinatoria litigi. Igitur de recessu florentinorum confisus episcopus, destitutus a predictis, non requirens super hiis amplius dominantem. Nam decipere credens episcopus, deceptus discessit, ut evidenter postea rerum exitus approbavit. Surgens itaque quidam vir sapiens et nobilis inter cetera dixit. Unde versus:

Stat sub decepto, deceptor sepe profecto.
« Manifeste videmus, quod omnipotens prosequentibus iura, quorum est idem ipse principium, virtutis elargitur augmentum, eosdem gloria et honore ditando. Inter quos nominamur et nos, qui pro iustitia certantes, offensarum non differimus ultiōrem, et rebellibus reddere digna factis. Cum igitur simus hic possidentes, tam captos quam ceteros qui sunt in civitate doloribus et timoribus perturbati; expedit iuxta muros castra mutare, et ibidem tanto tempore commorari, quod pareant vi, fame debilitati, quiescant, non appetentes iterum insanire. Per ista namque labores evitabimus et expensas, successores nostri quiescent, et provincie de insipientia non erimus in derisum. Si vero esse permiserimus ipsos in otio, convalescat quod videtur infirmum, debilitatum resumet vires, inermis reperietur armatus, iuvenis adoleſcens, et inter ipsos forsan de protectione tractabitur». Placuit fere omnibus sapientis oratio, qui vero aliqua prophetavit, sicut ille qui dixit tempore Christi: Quod melius erat unum mori pro populo. Quibus dictis surgens alius, inter cetera dixit: « Sed ob iniustitiam alicuius Deus nobis elargitus est gratiam, et nos pre aliis posuit in altum. Cavere nobis oportet utique ne cadamus. Existimus namque victores supereminentes rotę, et cum duo possimus et pignoribus incumbere et in personas agere, non est opus super hiis de cetero laborare. Decet igitur ad propria cum victoria redire, et sic custodire captos, quod de fuga diffidant. Et si subiacere non dixerint adversantes, tot sumus et tales, quod ipsos possumus iterum castigare ».

Placuit enim huius oratio non maiori parte corde; sed respicientes voluntatem potestatis, qui certus de presentibus et preteritis, super futuris dubitabat; consenserunt, cum Victoria inextimabiliter remeantes ad propria. Anno millesimo ducentesimo trigesimo, mense Iunii. Fuit igitur senensis haec reversio dampnosa, quoniam post multas occisiones et expensas et dampna, paruerunt, facientes omnia et maiora, que a principio litis facere denegarunt. Florentinis vero expedivit illa reversio, licet quibusdam tunc tem-

(1) Qui sono dei M. di Viterbiensi. Il Viterbiano dice che l'anno 1216. E' il Viterbiano. (1) Bonfiglio, che governò la chiesa senese dal 1216 al 1252.